



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Matrimonium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

orationibus, canticis spiritualibus, insufflationibus, inclinationibus humorum, humilitate pedum, hæc omnia esse sunt, quæ nos reficiunt, vide D. Aug. de Symb. Cathol. lib. 2. c. 2. tom. 9.

Abeant ergo pestiferi hæretici, qui novi recentesque venerunt, quos non coluerunt patres eorum, qui conantur auferre ritus, & ceremonias ab Ecclesia Dei, contra Dominum, & Christum ejus, Spiritum sanctum, verus, & novum testamentum, Apostolos, summos Pontifices, sacra Concilia, contra religionis naturam, & consuetudinem hominum, & sententias omnium: insurgat præter cæteros, sacrum Concil. Trid. de ceremonijs in Sacramentis administrandis, sess. 7. Can. ult. de Sacram. in communi. de ceremonijs, & diversis actibus in Missæ sacrificio, sess. 22. can. 5. & cap. 7. in Sacramento ordinis, sess. 23. Can. 5. in Sacramento matrimonij, sess. 24. Can. 11. de ceremonijs, & ritibus circa Sanctorum reliquias, sess. 25. in initio, vide Pignium, lib. 1. Hierar. Eccles. cap. ult. Cather. 2. clave Scripturæ, Bunderium in compendio concertationis, tit. 27. Brunum, li. de cerem. confessio. Polon. cap. 86. & multa Concilia provincialia, & præcipuè Beneventanum, tit. de divin. est. c. 12.

Ad quintum, eligi debet vir gravis, competenter doctus, elegans, studiosus, diligens, benè versatus, & morigeratus, cum competenti præbenda, prout sit ubique.

PRAX. Episc. Pars II.

## MANCIPIA.

**M**ancipia, Servi, sive Sclavi, ad Senatus Camera Urbis officium, conservatores pro libertate confugientes, libertatem consequuntur, & Romani cives, liberi que homines efficiuntur. Paul. III. Bul. 2. quæ incipit, Novimus, & Pius V. Bul. 18. quæ incipit, dignum.

## MATRIMONIUM.

**P**rimò, Senes regulariter possunt contrahere matrimonium, dummodo possint erigere virgam viriliter in vas mulieris, & ita ut appetitum carnalem ab utraque parte sedare valeat. similiter & spadones, quia non est de essentia matrimonij, ut ex eo habeatur proles, Navar. conf. 2. n. 6. & 15. de frigid. & males. & conf. 4. n. 25. de desp. impub. Senes verò, qui non sunt apti ad prædicta præstanda, non possunt contrahere matrimonium, & contractum potest dirimi, Nav. loc. cit. ex Soto 4. sent. dist. 36. q. 1. ad secundum. sed circa spadones, vide Bul. seu declar. Sixti X. sub datum Romæ die 27. Junij, 1587. pro nuntio Hispaniæ, similiter carens testiculis, modò possit ut supra, potest contrahere, secus verò non, idem loc. cit. n. 11. 16. & 20.

Secundò, dubitabitur, an parochus, cujus præsentia est de necessitate matrimonij, opus sit, ut sic Sacerdos?

Respondetur, quòd non, Nav. conf. 9. num. 2. de clandest. despons. tamen

**N** aliter



aliter dicitur inferius in *ver. parochus*, §. 3.

Tertiò, quia dictum, presbyterum nullum posse adesse matrimonio contrahendo, nisi de licentia Ordinarii, vel parochi; dubitatur, an requiratur, ut ista licentia sit in scriptis, an sufficiat licentia generalis exercendi curam? Ad primum responderetur, non requiri scripturam; ad secundum, quòd sufficit, *Navar. conf. 13. nu. 2. loc. cit.*

Quartò, discessit parochus à sua parochia per modicum tempus sine licentia Episcopi sui, & reliquit in parochia pro cura aliquem Sacerdotem, vel Vicarium, an iste possit interesse matrimonio contrahendo, vel aliquis Sacerdos de licentia ipsius? Responderetur, quòd sic, per regulam, *subrogatus*, & *Nav. conf. 13. num. 4. loc. cit.* cætera de materia matrimonii, vide in *ver. parochus*.

Quintò, an matrimonium possit contrahi per interpretem? Responderetur, quòd sic, ita præter alios *Covar. de spons. 2. par. c. 4. §. 1. nu. 3.* similiter, & sine interprete, inter alienigenas, modò proferantur verba apta conjugio, *gl. in capitulo, ex literis, il. 1. de sponsal.*

#### MEDICI.

**M**edicinæ artem an exercere possit clericus? Responderetur distinguendo cum *Navar. conf. 3. ne cler. vel mona.* nam si est in sacris, vel beneficiatus, non potest sine Papæ dispensatione, nisi erga miserabiles personas, pauperes, instante necessitate, se ipsum,

& cognatos; in minoribus autem solus constitutus potest absque peccato, nisi ut laicus, *Navar. tract. de spol. §. 7. nu. 4. ver. 3.* quod nota pro materia spoliurum.

#### MENDICANTES.

**P**rimò, Mendicantes, qui dicantur, & gaudent privilegiis mendicantibus concessis, vide *Bull. Pii V. quæ est 45. & incipit, Romanus*, ut sancti Domini, sancti Francisci, sancti Augustini, & Servitæ, sancti Francisci de Paula, *Bull. 48.* & de eorum privilegiis, vide *Bull. 30. quæ incipit, Esi mendicantium*, & *Bull. 14. quæ incipit, Dum ob uberes*, & *Gregor. XIII. Bull. 15. quæ incipit, In tanta rerum*, & *Bull. 135. quæ incipit, Romani*, congregatio sancti Hieronymi, Jesuitarum, *Bull. 49. quæ incipit, Romani Fratres*, Amadæorum unio, & *Clarenorum*, sub Ordine Fratrum Minorum, de observantia Pii V. *Bull. 54. quæ incipit, Beatus*, *Greg. XIII. quæ incipit, Ex benigno*, Societatis Jesu inter mendicantes comprehenditur, & gaudet eorum privilegiis, *Greg. XIII. Bull. 102.*

Secundò, Minores conventuales, ultra biennium in eodem conventu manere non possunt, nisi sint sexagenarii, *Pius V. Bull. 67. quæ incipit, Illa*. Guardianatus, per biennium, novitil, nisi attingant decimumoctavum annum, nisi proprium habeant, nec laici recipi possunt, nisi habeant vigesimumquintum annum.

Tertiò, qui dicantur Monachi, qui fratres, qui mendicantes, qui Canonici Regulares, vide præter cæteros, *Jafon.*